Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

benyamin pallor enim et macies sunt gemme regularium Ideo Apostolus ait bo
num est non comedere carnes nec vinum bibere nisi modicum propter infirmitatem stoma
chi Respice enim habent canonici Regulares quot milia hominum viuunt frugaliter
et parce sola neccessitate nature contenti qui tamen sudant in cotidianis sudoribus
et laboribus propter domini sui carentes in labore manuum panem vescendo suum et
qui non solum pro seipsis sed pro aliis sudore querunt victum Falso enim hodiernis tem-
poribus amatores seculi excusant nam secundum Gregorium thoma et ceteros qui tamen — Medice cura [illegible]
debent confundi cum vident in templo plures homines viuere naturaliter sine illis
que ipsi reputant necessaria ipsis voluptas enim necessitati multa addit et vsus
plura que postea videntur necessaria licet non sint Consequenter tollitur in toto vel
quasi vinculum perfectionis idest finis ad quem tendunt religiosi que est caritas
sine qua religio nunquam non consistit David maduerat cottidie missa frequentatur
confessio cottidiana sine emendacione et quod deus requirit videlicet caritatem fun-
ditus et pietatem non habent Quotquot enim bona habent ecclesie vix sufficiunt
in multis locis hodiernis temporibus pauperibus regularibus et multi credentes
sunt indigentes non enim distribuitur vnicuique prout opus est idest necesse
sumendo necessitate secundum naturam non secundum voluptatem nec aliquis credencium non
indiget sed maior pars et cottidie sunt pauperes instantes et gementes Ideo
cum hec deberet esse reformacio et videatur pro magna parte solum ceremonia-
lia respicere et decimacionem mente et anxitum in hoc capitulo glutinetur
tamen melius nec bene conueniret cum vita sancti Augustini Nam Augustinus mensa
vsus est frugali et parca quequidem inter olera et legumina etiam carnes
aliquando propter hospites vel quosque infirmiores nota bene verba et racione
sequitur semper autem vinum habebat quia nouerat et sequitur de vino autem
sumendo Apostoli extat sentencia ad thymotheum videlicet modico sequitur post pauca
pauperum semper memor erat memor dicti Ambrosii conflabat calices propter
pauperes et post multa numerus poculorum erat conuiuantibus statutum et semper
certa regula Consistis vrgente consciencia non videtur michi Abbati
Cerretensi istud capitulum posse stare Memini papa ; f. l. 34º

Item Super capitulo xxxiiº De vestibus et habitu canonicorum fuit taliter scriptum Istud
capitulum xxxii magis est latum quam sit capitulum regule et maxime istis temporibus
in quibus videtur in aliquibus abusus in vestibus Nam in regula dicit non
sit notabilis vester habitus nec affectetis vestibus placere sed moribus In vita
enim beati Augustini dicitur vestes eius et calciamenta vel lectualia ex mo-
derato et competenti habitu erant nec nitida nimium nec abiecta plurimum